CC BY NC SA

concinnare. *uerb. tr.* **Etym** cinnus[1]. **DLat** concinnamentum, concinnatio, concinnator, concinnatura, concinnitudo, concinnus, exconcinnare, reconcinnare. [**Freq** humilis **107** indicia **6,6** /d.c.m. 254-184 Plaut] *uocabulum scriptis litterariis argumentando narrando, si numerum uideas, aptum; at pro rata parte dramaticis lyricisque abundans; en prosa et uersu; omnibus usibus, oro rata parte praecipue quotidianis; necnon technicis ad agri culturam pertinentibus; inde a principio apparet, saec. III-II aec. praepollet, postea simili frequentia.*

Variatio		indicia	p/d.c.m. subc.
operum	argumentalis	35	5,1
	dramatica	13	29
	exponens	20	6,7
	lyrica	2	7
	narratiua	37	6,8
diachronica	III-II aec.	20	50
	I aec.	10	3,6
	I-II ec.	26	6,7
	III-V ec.	51	5,6
diaphasica	docta	9	4,3
	media	84	6,2
	quotidiana	14	24
diastratica	litteraria	90	6,7
	technica	17	6,1
modus	prosa	81	5,7
	uersu	26	13

¶ *apud Nonium sensus nobis obuenit quasi* facere, *si id quo facias uariis partibus constat; quippe* cinnus[1], *a quo* concinnare *prouenit, potio uariis ingredientibus composita erat. Et* facere *sic intellegi oportet, non solum ut* componere, *uerum etiam ut* reddere *uel* efficere, *i. e. aliud in aliud uertere • el sentido principal es el de* facere, *siempre que esta acción sea lograda a base de varios elementos, según la etimología de* cinnus[1], *begida elaborada a base de diversos ingredientes; se debe interpretar* facere *no solo como 'elaborar o componer', sino también 'convertir algo en otra cosa', como* reddere *o* efficere 📖 Non 15.202. Concinnare est facere, ut Plautus Amphitryone «lacrimantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem.» Sed proprietas uerbi haec est, quod apud ueteres cinnus potionis genus ex multis liquoribus confectum dici solet.

a1 *uaria unire uel coagmentare sic, ut concordem compaginem seu complexionem quandam efficias • unir o adaptar distintos elementos para que formen un conjunto práctico o armonioso que, según el objeto de su acción, puede ser expresamedo como 'arreglar', 'componer', 'ajustar', 'preparar', 'aviar', 'montar', 'disponer' o 'poner en orden'*[**trop** componere[a]] 254-184 Plaut Asin 216. auceps quando concinnauit aream. 201 Plaut Men 467. ego tibi hanc *coronam* hodie probe lepideque concinnatam referam temperi. 60 Petron 113.5. Tryphaena ... concinnabat spoliatum crinibus uultum. 220 Min Fel 17.1. *homo* utrum elementis concretus an concinnatus atomis *sit*. 330 Arnob 4.26.3. *Hercules* noctibus uix nouem unam potuit prolem extundere concinnare conpingere. 370-400 Physiogn 40. Oculi late patentes micantes leniter intendentes tamquam concinnati ad suauitatem et gratiam. **Inscr** CIL 9.3410 *Samnii in Regione IV*. Donius patri ... cubiculum suo concinnauit. 📖 Paul Fest 33.25. concinnare est apte componere. **Gloss** 2.447.33. συνσκευάζομαι. 2.441.44. συμβαλλομαχῶ. 2.440.10. συγκαττύω 'recomponer'. 2.107.1. concinnat στερροποιεῖ ἐπὶ συμφώνῳ, συγκαττύει καὶ δειλοποιεῖ καὶ συνσκευάζεται. 'refuerza armoniosamente, recompone'. 5.15.7. factus. 4.38.42. concinnat artificiose confingit. 4.42.40. arte facit aut componit. 4.321.30. subtiliter componit. 4.321.29. conplectit. 5.182.29. concinnant artificiose conponunt. 5.279.41. concinnent ... conpagiant. 5.421.70. congregant. 👓 *hoc certe interpretatur* Naev Carm 37.2. transit Melitam Romanus [exercitus], insulam integram urit, populatur, uastat, rem hostium concinnat. Non 90.23. Concinnare conficere uel colligere. **Gloss** 5.639.49. concinnare hic dissipare, alibi componere.

ingredientium uarietas pars magna fuisse uidetur ut concinnare *proprie dicas; quare Plinius Maior Catonis usum de uino expediendo miratus esset: nam uinum non multas partes habere censetur; at hic Cato* concinnare *quasi* facere (→**a3**), *immo* elaborare, *considerat. uinum autem aliis ingredientibus, alio uino uel aquae, misceri potest* [WH] *• el hecho de que deben ser varios elementos los que se ponen en orden parece ser importante en este significado, y por ello a Plinio el Viejo le pudo resultar extraño el uso que hace Catón refiriéndose a la manera de preparar el vino, que no parece tener muchos ingredientes. Parece que aquí Catón lo utiliza como facere (→**a3**) en un sentido más concreto, 'elaborar'; no obstante, puede equivaler a mezclar vino o aderezarlo mediante adiciones, mezclarlo con otro vino o agua* [WH]*, cortarlo (DLE subs. v. cortar, 14: 'Mezclar un líquido con otro para modificar su fuerza o su sabor')* [**dom** uinum] 234-149 Cato Agr 114. uinum si uoles concinnare, ut aluum bonam faciat. 79 Plin Nat 14.129. Cato iubet uina concinnari –hoc enim utitur uerbo–.

quare technicis scriptis inuenitur, ad trapetum pertinens • así, aparece desde muy pronto utilizado en aspectos técnicos, aplicado a la prensa [**dom** trapetum] 234-149 Cato Agr 135.7. Trapetum ... accommodato concinnatoque. 20.1. Trapetum quo modo concinnare oporteat.

(→concinnis) *item ad lucernas, primo ad expediendas • también se aplicó abundamentemente a las lámparas de aceite, en un principio al parecer como 'preparar' o 'disponer'* [**dom** lucerna, luminare[b], oleum] 30-22 Vitr 8.1.5. lucerna concinnata oleique plena et accensa. (cf. 125 Apul Met 5.20. lucernam ... concinnem.) 390-406 Vulg Leu 24.2. oleum ... ad concinnandas lucernas. Ex 25.6. oleum ad luminaria concinnanda.

postea fortasse ad incendendas • y a partir de ahí quizás ya simplemente como 'encender' 370-420 Hier Epist 3.66.13. uel lucernas concinnant, uel succendunt focum.

pertinuit ad ingenii culturam, qui uariis doctrinis uel artibus nutritur • se aplicó al cultivo de la mente, que se nutre de distintas actividades o nociones, 'cultivar' o 'formar' [**dom** ingenium] 63-65 Sen Epist 7.6. qui cum maxime concinnamus ingenium. 198-204 Tert Cult fem 2.5.6. Ille indubitate huiusmodi ingenia concinnauit ut in nobis quodam modo manus Deo inferret.

compaginem quasi machinamentum facere • el hecho de componer un conjunto de manera que pueda funcionar era equivalente a 'organizar', 'trabajar', 'formar', 'adecuar', 'armar' o 'montar' 63-65 Sen Epist 30.1. Scis illum semper infirmi corporis et exsucti fuisse; diu illud continuit et, ut uerius dicam, concinnauit: subito defecit.

secum traxit ut quasi reparare *uel* reficere *uideretur • implicó también el significado de 'reparar', 'recomponer' o 'arreglar', 'restaurar', 'reconstruir' o 'rehabilitar'* 49 Sen Bre 12.2. Illum tu otiosum uocas qui Corinthia ... anxia subtilitate concinnat? 60 Colum 12.3.9. quae refectionem desiderant, fabris concinnanda tradantur.

cul *dapes efficere • elaborar* 125 Apul Met 10.13.3. pistor dulciarius, qui panes et mellita concinnabat edulia. 7.11. tucceta concinnat.

item mortuoria uestimenta corpori inducere • amortajar 125 Apul Met 7.26. cadauer quidem disiectis partibus tandem totum repertum aegreque concinnatum ibidem terrae dedere. 364-430 Pallad Hist monach 39. Si uirgo autem obierit, reliquae uirgines cum eam ad sepulturam concinnauerint, efferunt, et eam ponunt ad ripam fluuii.

notio diuersa arte coniungendi, ut compagem fieret, ampliata est cum aliis coniungeretur sensumque nouum inueniret quqsi 'componere' uel 'compingere' • la noción de unir con arte diversos elementos que formasen parte de un conjunto se amplió al unir ámbitos y lograr con ellos un producto nuevo, 'compaginar', 'combinar' o 'casar' 368-386 Auson Epist 28.3. ipsius hoc dominae concinnat utrumque uenustas, has geminas artes una Sabina colit. 9.15. qui grandines Ulixei et mel fluentem Nestora concinnat ore.

ad uerborum sensum pertinuit secundum eorum compositionem • fue aplicado al significar de las palabras según la composición de sus elementos 330 Arnob 3.32.2. Medicurrius dictus est, et quod inter loquentes duo media currat et reciprocetur oratio, nominis huius concinnata est qualitas. 4.29.2. unde Serapis Aegyptius, unde Isis, uel ex quibus causis appellatio ipsa concinnata sit nominum.

in fine Antiquitatis *quasi uersus pedibus compaginem maiorem, i. e. uersum, facientibus, 'uersibus componere' uel 'uersificare' rettulit • y como si los diversos pies métricos fueran elementos con los que formar una entidad mayor, que sería el verso, se refirió a 'componer en verso' o 'versificar'* 197 Tert Praescr 39.4. uersibus secundum materiam concinnatis. 368-386 Auson Epist 20. concinnatam iambis signatamque ad te epistulam misi. 388-390 Aug Mus 5.13.2. cernis certe cum sint metra pene innumerabilia, uersum tamen esse non posse, nisi duobus membris sibimet concinnatis.

a2 *qui usus statim et primo abundanter per duplicem acc. ad quasi 'conuertere' significandum procederunt • tales usos dieron paso inmediatamente, y de manera abundante en un principio, mediante una construcción de doble acusativo, a significar 'convertir' o 'transformar en'* [**trop** mutare[a] **sim** efficere, facere] 254-184 Plaut Amph 529. Lacrimantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem. 727. *uxor* atra bili percita est. nulla res tam delirantis homines concinnat cito. Capt 601. *ille* qui me insanum uerbis concinnat suis. 818. lanii ... qui concinnant liberis orbas oues. 230-184 Plaut Frag 11. axitiosae annonam caram e uili concinnant uiris. 200 Plaut Trin 684. numquam erit alienis grauis qui suis se concinnat leuem. 368-386 Auson Epist 9.80. Aesopiam trimetriam, quam uertit exili stilo pedestre concinnans opus fandi Titianus artifex.

a3 *inde, sensu prolato, quasi ad 'struere' uel 'elaborare' pertinuit • luego se aplicó, de manera menos concreta, a 'construir' o 'fabricar', 'confeccionar', 'hacer' o 'elaborar'* [**trop** struere[a]] 234-149 Cato Agr 123. uinum ad isciacos concinnare. Vinum ad isciacos sic facito. 62-43 Cic Fam 328.3. Ego ... concinnaui tibi munusculum ex instituto meo. 330 Arnob 4.26.3. *Hercules* noctibus uix nouem unam potuit prolem extundere concinnare conpingere. 383 Hier Hom Orig Ier 596b. aedificationem, quam diabolus concinnare potest. 395-415 Marcell 8.321. Lucernam fictilem de papyro et medulla uaccina concinnato.

a4 *concinnandi uel efficiendi actio, praesertim ab inanimis agentibus, in mentem traxit 'suscitare', 'causare' uel 'mouere' • la acción de dar forma o fabricar, sobre todo cuando su agente no es humano, sugirió la idea de 'suscitar', 'originar' o 'provocar'* [**trop** suscitare] 200 Plaut Truc 793. liuorem uerbo scapulis istoc concinnas tuis. 70 Lucr 4.1283. consuetudo concinnat amorem. 6.437. uenti uis ... feruorem mirum concinnat in undis. 125 Apul Met 3.13.5. Nec tamen me putes, oro, sponte angorem istum tibi concinnasse. 368-386 Auson Epist 20. Multas et frequentes mihi gratiae tuae causas et occasio subinde nata concinnat.

b1 *sensus totum uariis partibus agendi deiectibile fuit ad mentem pertinens, quasi 'fingere mente' • el significado de la construcción de un todo a base de diversos elementos tuvo su percepción negativa en el ámbito de la creación mental como 'elaborar o construir en la mente', 'idear'* 368-386 Auson Epist 24.7. quae conpositis malesuada et credula causis concinnat ueri similes suspicio culpas.

notio uulgata inter haec dinoscitur: menti connaturale et frequens est res uitiare et adulterare; eo ut concinnare *sicut 'mentiri' < mens tractetur; seu ut 'fingere' uel 'fabulari'; quare uocabulum aspernabile ce uisum est • se aprecia aquí una idea subyacente: la mente es capaz, o incluso tiene el hábito, de falsear o manipular la realidad; así,* concinnare *fue utilizado de manera concorde con* mens > mentiri > *mentir; o* fingere *'imaginar' o* fabulari *'narrar o inventar'; por ello, fue utilizado ampliamente en sentido negativo* 63-65 Sen Epist 49.8. quod non perdidisti, habes; cornua autem non perdidisti; cornua ergo habes' aliaque ad exemplum huius acutae delirationis concinnata. 300 Ambrosiast In Rom 122b. consilia carnis, quae huius mundi instigantibus postestatibus concinnantur. 330 Arnob 5.1.4. In secundo Antiatis libro - ne quis forte nos aestimet concinnare per calumnias crimina- talis perscripta est fabula. 350-385 Auson Idyll 4.5. si qua tibi multo sint fucatius concinnata, quam uerius.

b2 *adeo ut quasi 'machinari' conceptum esset, i. e. ueritatem fingere • se llegó así al acto de 'urdir', 'maquinar' o 'fraguar una realidad'* [**trop** machinari[b] **dom** dolus, lingua, malitia, nequitia] 200-100 Afran Com 372. aliquid dedita opera controuersiae concinno. 125 Apul Met 8.12. hoc pectus ... fraudulentas ambages in meum concinnauit exitium. 334-337 Firm Math 3.4.62. a seruis crebras concinnat insidias. 6.35.10. seditiones ... concinnat. 383-387 Vulg Psalm 49.19. 57.3. iniustitiam manus uestrae concinnant. 398 Aug Serm 360a.4. De codice seruato uis concinnare crimen meum. 📖 **Gloss** 2.343.45. κατασκευάζῳ ὅ ἐστιν ἐπιβουλεύω.

quasi 'falsum facere' uel 'mentiri' • cercano a 'falsear' o 'inventar mentirosamente' 370-420 Hier Epist 3.84.4. Sic uerba temperant, sic ordinem uertunt, et ambigua quaeque concinnant, ut ... aliter haereticus, aliter catholicus audiat. 390 Amm 29.2.4. incantamenta ... ad insontium perniciem concinnata. 📖 **Gloss** 4.222.26. concinnauerunt ficta locuti sunt. Cod Theod . tueri ea quae sunt commenticia et concinnata non possunt.

seu commenticio modo promouere • o 'promover falsamente' 370-420 Hier Epist 4.133.9. qui de diuersis naturis Ecclesiae bella concinnant.

Chris *inde Christiani cum mythologicis fabulis hoc uocabulum coniunxerunt, quas daemoniacas phantasias et falsas cogitationes putabant • por ello, los cristianos lo aplicaron a las historias mitológicas, que consideraban invenciones y fantasías de los demonios, con el sentido de 'fantasear', 'imaginar' o 'inventar'* 330 Arnob 1.57. res eas quae turpissimas diis notas ignominiosis concinnauerunt in fabulis. 1.24.2. huruspices has fabulas, coniectores, harioli, uates et numquam non uani concinnauere fanatici.

c mus *interdum quasi 'canere', immo per choros, certe cum* concinere *perperam coniunctum, quippe quod sensum propiorem de musica concinnatione exhibebat • en ocasiones, se entendió como 'entonar' o 'cantar a coro', probablemente debido a una confusión con* concinere, *que transmite significados cercanos en cuanto a la composición armónica de los elementos* [**sim** concinere[a]] 📖 Non 15.202. Recte autem concinnare et consentire intellegi potest, quasi concinere, ut multis diuerse canentibus unus efficitur modus. **Gloss** 4.222.43. concrepant: concinnunt, resonant. 4.496.51. concinnantium consonantium. 5.279.41. concinnent consonent. 2.107.12. concinnasse συνκεκροτηκέναι *'personare'*.

👓 *de usu ad picae uocem pertinente ambigitur • es dudoso que se aplicara al canto de la urraca* 📖 Anth 762.33. pica loquax uarias concinnat gutture uoces. **Gloss** 4.222.43. concrepant: concinnunt, resonant.

👓 **Inscr** 350-360 Hd 19184 *Lepti Magna in Africa Proc.* statuam marmoream ob haec merita decretis et sufragiis concinnentibus conlocauit.

concinnatus, a, um. *adi. politus uel peraccuratus • acabado o bien dispuesto* [**sim** concinnaticius] 📖 Exc Paris *De historia*. si figuris, si nouis uerbis, si cultu sententiarum, si concinnatiore structura concinnetur. **Gloss** 3.373.61. concinnatus τελειος.